



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Domitii Plati Societatis Iesv Theologi, De Domini
Nostri Iesv Christi Passione**

Piatti, Domizio

Coloniae Agrippinae, 1610

De primo actu meditationis, qui est consideratio, Cap.9.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49474](#)

38 TRACTATVS DE
DE PRIMO ACTV MED
tationis, qui est Consideratio.

CAPUT IX.

PRIMVS & præcipiuus actus medita
tioni deseruiens, est actus considera
tionis, per quem intellectus ponderat & examinat in proposito sibi myste
rio varias circumstantias, multaque alii
specialia, inuestigando fines, & incitamen
ta earum: qui actus si debito modo fieret.

Oratio & Meditatio, imo cunctæ actio
nes humanæ essent rectissimè constitu
tæ: quia (si verum fateri volumus) om
nis actionum nostrarum bonitas à con
sideratione dependet, & omnis itidem
earundem malitia ab illius defectu: quem
admodum sacræ literæ plurimis in locis
indicant, & Sancti Patres sæpenumerò no
admonent, quin & nos ipsi hoc manibus
palmam. Hinc est quod pro realiqua no
bis demandata recte confienda, tempus
deliberandi, & totam rem nobiscum ex
pendendi flagitamus: vel cum alicuius la
psus culpam à nobis amoliri volumnus, alii
meliorē ac probabiliōrem excusatio
nem reperiri non valemus, quam ut dica
mus. Non cogitaueram: non aduerteram.
Ideo Sapiens, & ante illum Propheta Da
uid omnem peccatorem affirmat simul es
se ignorantem.

Maximi

Pro. 29. 10
Psal. 35.

Quanti re
ferat, in om
ibus rebus
esse consi
deratura.
Ezai. 44. 17.
Terem. 12. 17.
dij.

ED
o.
nedit
onside
s pon
myste
ue alia
tamen
fieret,
actio
nstitu
s) om
a con
itidem
quem
n loci
rò no
anibus
ia no
tempus
m ex
ius la
as, alia
satio
dica
eram.
a Da
ul el
ximi

ORATIONE MENTALE. 39

MAXIMI igitur interest, ut homo spiritualis, qui orationē & meditationem suam rite absoluere desiderat, nouerit modū exercendi hunc Considerationis actū, summaque cum diligentia illum in opus conferre adnitatur. Et quanquam meditationis obiecta, varia & multiplica sint, & id circō nō facile possit de illis certa præscribi regula: attamen documenta quædā, hac in parte obseruanda subiungemus, vt actus hic, tanti ponderis & momenti, in praxin & opus conferri valeat.

Actus consi-
derationis
circa quæ
in Oratione
debeat ex-
erceri.

Primum ergo documentum sit. In mysterijs vitæ & passionis Christi, consideranda sunt: personæ, verba, & opera. In personis, affectus, virtutes, intrinsecæ illorum cogitationes, & extrinseca corporis cōpositio seu mores externi. In verbis, sensus, & finis propter quem prolata fuere. In operibus, substantia & essentia illorum, vt verbi gratia, in opere incarnationis, considerandum est, quid sit incarnari. Verbum diuinū: idem esto iudicium de alijs.

Secundū sit. In ijsdem mysterijs considerandæ sunt circumstantiæ temporis & loci: modus, quo cū illa perfecta: & media, per quæ facta fuerunt. Causæ demum, quæ ad illius effectiōnem concurrerunt.

Tertium. In consideratione diuinarum beneficiorum, expendenda nobis est,

C 4

I.

IV

II.

40 TRACTATUS DE

est, primum illorum magnitudo & exel
lentia: tum benefacientis qualitas: deinde
beneficium accipientis conditio: postre
mò finis propter quem beneficium con
fertur.

IV.

Quartum. In vitijs consideranda sunt:
primum grauitas & deformitas illorum,
quatenus D E V M offendunt; deinde
damna quæ nobis adferunt: tum ad ex
tremum remedia, quæ pro illis deuitan
tandis sint viurpanda.

V.

Quintum. In virtutibus animo reuol
uenda sunt: primum earum vtilitas, ne
cessitas, & pulchritudo: deinde vitiorum
oppositorum deformitas: tum Christi &
sanctorum exempla quæ nobis in ijsdem
virtutibus prætulerunt: postremò, media
quibus eæ conquirendæ & assequenda
sunt.

VI.

DENIQUE in omni re consideranda sūt,
natura & proprietas illius, cum vniuer
sis circumstantijs, & effectibus ab illa pro
ductis aut producendis, faciendo semper
in omnibus, ad nosmetipfos reflexionem,
quemadmodum paulò ante dictum est, vt
hac ratione, similes considerationes ad
fructum nostrum spiritualem pro
priamque vtilitatem possi
mus conuertere.

* *

DI